

SECUNDVS TOMVS
MVSICI OPERIS, HARMO-
NIARVM QVATVOR, QVINQVE, SEX OCTO
ET PLVRIVM VOCVM, QVAE EX SANCTO CATHOLICAE
ECCLESIAE VSV ITA SVNT DISPOSITAE, VT
omni tempore inferuire queant.

Ad Dei Opt: Max: laudem, & Ecclesia sancta decus,

AVTHORE
Iacobo Handl.



PRAGAE, TYPIS NIGRINIANIS. Anno M. D. LXXXVII.

ADMODVM REVERENDIS
AMPLISSIMISQVE COENOBIORVM ANTISTI-
TIBVS, ABBATIBVS, PRAEPOSITIS, CAETERISQVE ECCLE-
SIASTICIS VIRIS, DOMINIS ET FAVORIBVS
PRAECIPVE COLENDIS.
S. P.

ADsum, Honorandi Patres, inuitatu & hortatu vestro, ac alteram Thefauri mei partem tristibus & lætis numeris verbisq; (prout temporis series ordoq; flagitat) distinctam, promo. Suadebant multi, dissuadebat vnum. Vicere illi, & vt vincerent, mea meq; ipse neglexi. Amicos habui ita prioris partis voluptate sensuq; captos, & huius cupiditate incensos, vt mihi requiem, Typographo moram nullam permitterent; & nisi momento excussa exhiberetur, tacitas inimicitias reformidarem. Ita feruebant illi. Res verò meæ (hoc est as) cum parata essent omnia, celeritati & cupiditati huic obstabant. In has enim angustias me prudens commisi, & i' rincipum aulis, in quibus vixi, valedixi, nec Typographis mea magno meo compedio ambientibus cessi; nempè vt liber & solutus non vni vel homini comodem, vel

† ij paric-

parieti deferuiam, sed plurimum, aut si fieri queat, etiam omnium utilitatibus me totum impendam. Ego si quaestum quaererem, nil ederem nisi abunde redditum: at quia unam DEI Patris & Ecclesiae Matris meae gloriam specto, ipsam hanc fructum meum arbitrabor. Opibus quas hoc reti congeffere inflentur alij, alij honores & hac industria partas laudes iactent, mihi & Musicae peritis patronis non displicuisse, & Musicae auctori DEO feruuisse sufficit; cui cum sapiente illo & Rege supplico, Tantummodo victui meo necessaria, Domine. Vobis autem amplissimi Patres tanquam proximis post Episcopos Ecclesiae ornamentis & praesidijs, quod nunc in publicum do, dico; Tantum enim plerique vestrum de me meriti sunt, quantum referre nunquam possum. Ita etiam vel omnes vel ferè omnes Musicam colitis ut Damasi, Gregorij, Ambrosij (qui eandem coluere) sanctissimorum Patrum legitimos filios vos esse vno hoc indicio omnibus confirmetis; aduersus infanos petulantium quorundam & nouorum hominum sensus & voces, quas in religiosissimas familias vestras iacere, & apud rude crudumque vulgus inuidiosissime spargere solent, non satyrico sed fatido & impudenti ore exclamantes: Quae tibi summa boni est? vncta vixisse patella Semper, & assiduo curata cuticula sole: His vos coloribus boni illi, scilicet, viri tum pingebat. Qui si vos vestraque non essent, si vel si vel semel quae saepe vidi videret, inuiderent scio virtutibus & laudibus vestris, irasceretur errori suo. Eam enim apud vos disciplinae moderationis, pietatisque curam & liberalissime quam profiteor artis studium repperi, quod hoc suspiciosissimo & omnibus Religiosorum Ordinibus inimicissimo saeculo nemo nisi oculatus testis iuranti credat. Non vnum vidi domicilium vestrum, peragraui multa, sed praecipue Austriaca, Morauique; triui & prope habitauit Monasteria; in his etiam non raro, ut ille, Syluestre tenui musam meditatus auena. Vbi que in vncos & stimulos impegi amicorum, vbi que in Mecenate incidit, vbi que magnos mea ne tegerem hortatores offendi. Vobis igitur talibus ac tantis fautoribus meis, admodum Venerandi Patres, modo cantare cupio, non ut quod debeo persoluam nonnullis, qui sibi me nimium obligarunt, sed ut absens vobis meam voluntatem tester, non alia spe fretus, quam quae ad reliqua quae in sinu foueo publicanda animet: Nam si hanc vestri in me propensissimi animi & inusitatae benevolentiae recordatione excussam vocem vobis probari certis argumentis comperero alacrius, crebrius, suauiusque Gallus modulabitur. Pragae ipsa Dominica Passionis. Anno: M. D. LXXXVII.

A. R. V. D.

obseruantiss;

Iacobus Handl.

ECCLESIAE.

Heu, qui te Mater circumstant vndiq; casus?
Pro dolor, vt varijs exagitare modis?
Vix celebrata tui natalis gaudia sponsi:
Vtereris ad gemitus luctificumq; melos?
O tua non veniunt alio suspiria sine,
Quam natos doceas crimina flere tuos.
Quos dum conspicies lachrymarum flumine lotos,
Ac priscam scelerum deposuisse cutem:
In noua Paschali deduces tempore festa,
Et luctu posito iubila læta feres.
Tum tua surgenti confurget gloria **CHRISTO**,
Purpureoq; tuum crescet honore decus.
Tum tua solempi gaudebunt pignora plausu,
Quæ primum lachrymis indoluere tuis.
At quicumq; suos non diluit ante reatus,
Fleuerit aut sponsi tristia fata tui:
Mortuus hic superas nunquam conscendet in arces,
Semper at infernis flebit humatus aquis.
Scilicet hoc nobis posuit Deus ordine vitam,
Dentur vt exactis digna trophœa malis.
Nullus vtrimq; potest vita gaudere beata,
Voluitur alternis lætior aura rotis.

AVTHO.

AVTHORI.

Sustulit vt nuper vocem Titanius ales,
Mentibus attonitis vndiq; turba stetit.
Hoc vbi despiciens sublimi culmine vidit,
Siccine vos (inquit) Musica nostra iuuat?
Sistite, nunc alia modulabor origine cantum,
Quiq; Petro lachrymas attulit, ales ero.
Protinus arrectas demittens vertice cristas,
Cantica de **CHRISTI** funere mœsta refert.
Ingemit extemplo populus, victiq; dolore
Permulti, tepidis imbribus ora rigant.
Rursus id vt vidit, luctum miseratus ab alto
Heus (ait) heus, gemitus ponite, læta canam.
Dixerat, & geminis animosior excitus alis,
Blanda resurgentis gaudia voce sonat.
Nec prius abisset, quam conscendentis in astra,
Flaminis & sacri, prosequeretur iter.
Licet applaudunt, procul & mœrore fugato,
Omnes lætitiæ signa dedere sua.



Index Harmoniarū secundi Tomi. DE PASSIONE DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI.

OCTO VOCVM, Duobus Choris.

- | | | |
|--|---|--|
| <p>I. Beata Christi Passio.
II. Passio Domini nostri Iesu Christi.
III. Filiæ Ierusalem, nolite flere.</p> | } | <p>2. Cantus. 2. Altus. 2. Tenor. 2. Bassus.</p> |
|--|---|--|

SEX VOCVM.

- | | | |
|---|---|--|
| <p>III. O vos omnes qui transitis per viam,
V. Passio Domini nostri Iesu Christi.
VI. Adoramus te Iesu Christe.</p> | } | <p>1. Cantus. 2. Altus. 2. Tenor. 1. Bassus.
2. Cantus. 1. Altus. 2. Tenor. 1. Bassus.</p> |
|---|---|--|

QVINQVE VOCVM.

- | | | |
|--|---|--|
| <p>VII. Gloria laus & honor tibi sit.
VIII. Omnes amici mei dereliquerunt.</p> | } | <p>1. Cantus. 1. Altus. 2. Tenor. 1. Bassus.</p> |
|--|---|--|

QVATVOR VOCVM.

- | | | |
|---|---|--|
| <p>IX. Passio: Ad æquales. Quinta Vox ad Placitum,
X. Pueri Hæbreorum: Ad æquales.
XI. Gloria Laus & honor. Ad æquales.
XII. Recesit Pastor noster.
XIII. Ecce quomodo moritur iustus.
XIII. Sepulto Domino signatum est.
XV. O vos omnes qui transitis.
XVI. Væ nobis quia peccauimus. Ad æquales.</p> | } | <p>1. Cantus. 1. Altus. 1. Tenor. 1. Bassus.</p> |
|---|---|--|

De Passione Domini nostri IESV CHRISTI.

Octo Vocum.

I.

II. Chori. Tenor.

B


E- a- ta Christi pas- sio sit nostra li- beratio, vt
per hac nobis gaudia parata sint cœlestia, cœlestia,
Gloria Christo Domino, q pendens in patibulo. clamans ij. emisit spiritum,
mundumq; saluas perditum, ij A- men,
ij A- men. Aa ij




Quatuor Vocum.

XIII.


Cantus.



Ece quomodo moritur iustus, & nemo percipit corde, & nemo percipit



corde, viri iusti tolluntur, & nemo considerat, a facie iniquitatis sublati




est iustus, & erit in pace memoria eius, & erit in pace memoria eius.

II.

Pars.



In pace factus est locus eius, & in Syon habitatio eius, & in Syo ha-



bitatio eius, & erit in pace memoria eius, & erit in pace memoria eius.

Da ij